

HOLY SEE PRESS OFFICE
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE



BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIEGE
PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLS

BOLLETTINO

SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE

N. 0576

Sabato 06.08.2016

Pubblicazione: Immediata

Sommario:

- ◆ Lettera del Santo Padre al Suo Inviato Speciale al XVII Congresso Eucaristico Nazionale del Brasile (Belém, 15-21 agosto 2016)
- ◆ Rinunce e nomine

◆ Lettera del Santo Padre al Suo Inviato Speciale al XVII Congresso Eucaristico Nazionale del Brasile (Belém, 15-21 agosto 2016)

È stata pubblicata l'11 giugno scorso la nomina dell'Em.mo Card. Cláudio Hummes, O.F.M., Arcivescovo emerito di São Paulo e Prefetto emerito della Congregazione per il Clero, ad Inviato Speciale del Santo Padre al XVII Congresso Eucaristico Nazionale del Brasile, che sarà celebrato a Belém dal 15 al 21 agosto, a 400 anni dalla fondazione della città e dall'inizio dell'evangelizzazione della regione amazzonica.

L'Inviato Speciale sarà accompagnato da una Missione Pontificia composta dai seguenti ecclesiastici dell'arcidiocesi di Belém:

1. Rev.do Can. Vladian Silva Alves, Membro del Capitolo Cattedrale e Rettore del Seminario maggiore *São Pio X*;
2. Rev.do Can. Ronaldo de Souza Menezes, Parroco della parrocchia *São Geraldo Magela* e Direttore del Museo di Arte Sacra.

Questo il testo della Lettera di Papa Francesco al Card. Hummes:

Lettera del Santo Padre

Venerabili Fratri Nostro
Claudio S.R.E. Cardinali Hummes, O.F.M.
Archiepiscopo Emerito Sancti Pauli in Brasilia
Praefecto Emerito Congregationis pro Clericis

Nostro quoque tempore obsequentes mandato Domini Iesu: "Euntes in mundum universum praedicate Evangelium omni creaturae; qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit" (Mc 16,15-16), novam evangelizationem universum per orbem terrarum dum fovete studemus, libenter recordamur praeteriti temporis eventus ad Evangelium nuntiandum pertinentes. In iis enim gratiam Dei contemplari possumus, qui copiosus in misericordia per saecula tot homines ad salutem in Christo consequendam vocavit.

Certiores ergo nuper facti de sollemni celebratione XVII Congressus Eucharistici Nationalis Brasiliae in urbe Belemensi, qua occasione memorantur etiam IV elapsa saecula ab urbe hac condita simulque ab inchoata regionis Amazoniae evangelizatione, Nos, summa cum animi consolatione, ibidem cum sacris pastoribus et christifidelibus coniuncti, Christo Iesu ante omnia debitas gratias agere cupimus atque iisdem animum addere Nostramque benevolentiam et spiritalem necessitudinem manifestare.

Quamobrem libenter accepimus postulatum Venerabilis Fratris Alberti Taveira Corrêa, Archiepiscopi Metropolitanae Belemensis de Pará, qui humaniter poposcit ut Patrem Purpuratum illuc mitteremus ad Personam Nostram gerendam. Nos autem censemus hanc Legationem te optime esse executurum, Venerabilis Fratris Noster, praestantissimum Pastorem ex Ordine Fratrum Minorum, Brasiliae Patriae totiusque Ecclesiae insignem Filium. Ideo **Nostrum Missum Extraordinarium** hisce Litteris te constituimus ad XVII Congressum Eucharisticum Nationalem Brasiliae in urbe Belemensi diebus XV-XXI mensis Augusti devote et congrue celebrandum.

Sacros Praesules, auctoritates civiles omnesque adstantes Nostro nomine comiter salutabis. In hac autem honorifica explenda missione sacris liturgicis ritibus praesidebis, sermone tuo Nostram ad mentem illustrabis praecipuorum eventuum momentum, caritatem pariter Nostram testaberis erga Amazoniae totiusque Brasiliae Pastores ac dilectas ecclesiales communitates. Fidem populi confirmans, de catechesi tradenda, oratione simul agenda et caritate cotidiana in vita exercenda recordans, magnum pondus extolles ecclesiae domesticae, id est familiae, ubi novae generationes christianorum et missionariorum nascuntur et educantur. Dum autem multi fideles, reconciliationis et Eucharistiae sacramentis receptis, Dominum Iesum in fractione panis agnoscentes (cfr Lc 24,31) pie adorabunt atque in processionibus Eum comitabuntur, cum fratribus in communionem in unum mysticum Corpus Christi quod est Ecclesia coniuncti, Nos, in spiritu praesentes et magnopere laetantes, ad caritatem erga indigentiores enixe eos hortari cupimus: «ex mutuo etenim amore ac potissimum ex ipsa sollicitudine nostra erga egentes nos tamquam veri Christi discipuli agnoscemur» (S. Ioannes Paulus II, *Mane nobiscum Domine*, 28).

Cum ergo grato animo maturos fructus fidei apostolatusque Evangelii praeconum, comitante profecto divina gratia, mirantes contemplerur, Spiritum Sanctum supplices invocamus ut similiter nostra aetate plurimos sacerdotes, religiosos viros mulieresque et christifideles laicos ad evangelizationis operam ibi ferventer prosequendam compellere dignetur, intercedentibus Beatissima Virgine Maria "de Nazaré" omnibusque Sanctis, potissimum iis qui in Brasilia fidem in Christum vita et operibus nuntiaverunt. Denique Benedictionem Nostram Apostolicam imo ex corde tibi impertimus, quam cum omnibus adstantibus et per media communicationis coniunctis copiose participabis.

Ex Aedibus Vaticanis, die XV mensis Iulii, in die festo sancti Bonaventurae, anno MMXVI, Iubilaeo Misericordiae, Pontificatus Nostri quarto.

FRANCISCUS

◆ Rinunce e nomine**Nomina del Nunzio Apostolico in Polonia**

Il Santo Padre ha nominato Nunzio Apostolico in Polonia S.E. Mons. Salvatore Pennacchio, Arcivescovo titolare di Montemarano, finora Nunzio Apostolico in India e in Nepal.

[01283-IT.01]

Nomina di Membro Ordinario della Pontificia Accademia delle Scienze Sociali

Il Papa ha nominato Membro Ordinario della Pontificia Accademia delle Scienze Sociali l'Ill.mo Prof. Paolo Carozza, Docente di Diritto e Scienze Politiche presso la *University of Notre Dame* di Notre Dame, Indiana (Stati Uniti d'America).

Prof. Paolo Carozza

Nato nel 1963 negli Stati Uniti d'America, si è laureato in scienze sociali presso l'Harvard College ed ha conseguito il dottorato in diritto alla *Harvard Law School*, dove è stato anche *Ford Foundation Fellow* in diritto pubblico internazionale. Attualmente è Direttore del *Kellogg Institute for International Studies* e *Professor of Law and Concurrent Professor of Political Science* all'Università di Notre Dame (Indiana, Stati Uniti d'America). I suoi studi comprendono i diritti umani, il diritto comparato costituzionale, le tradizioni giuridiche europee e latino-americane, il diritto internazionale e lo sviluppo internazionale. Dal 2006 al 2010 è stato membro dell'*Inter-American Commission on Human Rights*, il principale organo internazionale responsabile per la promozione e protezione dei diritti umani nell'emisfero occidentale, per il quale è stato Presidente nel biennio 2008-2009. Ha insegnato come *Visiting Professor* presso varie università in Europa e le Americhe, tra cui l'Università Cattolica del Sacro Cuore (Milano), la *Universidad de Chile*, e la *Harvard Law School* come *John Harvey Gregory Lecturer on World Organization*.

[01284-IT.01]

[B0576-XX.01]
